

46. Decanat Regius Vates. Psalm. 140. num 7. Sicut crassitudo terra erupit est super terram: Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Crassitudo, ac pinguedo terrae erumpit in uberes fructus super ipsam terram: sed unde tanta crassitudo & fertilitas terrae nostrae? dissipata ossa Sanctorum a tyrannis, faciunt ipsam terram crassissimam, ac fecundissimam virtutum; ossa sanctorum dissipata super terram, sunt veluti semina facta, quae novales virtutum fructus faciunt germinare. D. Bruno ibi: Ossa dico dissipata, sicut crassitudo terra erupit est super terram, id est, sicut simus, licet sordidum aliquid, & inutile: tamen super terram dispersus, terram crassam reddit, & fertilem: sic & nos, licet viles, & sordidi, per varia supplicia discerpenti, Ecclesiae filios exemplo constantia nostra pingues in virtutibus, reddemus, ut sic fertiles in bonis operibus faciamus.

D. Bruno.

Apoc. II. n. 3. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicii faccis.

VERSIONES.

Primasus, & Et dabo duobus Mar-Radix Graeca tyribus meis. Syrus. Dabo duos testes meos. Arabicus, Dabo duobus testibus meis Prophetare, &c. & induentur ciliciis.

EXPOSITIO III.

47. **D** ABO duobus testibus meis: Enoch, & Elias; & non explicat, quid dabit: tamen subintelligitur, os, & sapientiam ad amplissimam prophetandi functionem: testes vocat: Graece vero habetur, Martyres hos praecelato elogio ostenditur, quod non solum suam testimonium perhibent Christo, verbo suo, sed etiam sanguine proprio effuso; & quamvis tunc futuri sint multi, & inelyti Martyres, tamen per antonomasiam, & insigniter hi duo dicuntur Martyres Prophetabunt, vel futura praedicantes, vel Scripturas interpretantes utrumque significat Pro. hetare.

48. Diebus mille ducentis sexaginta: hoc est, mensibus lunaribus 42. quilibet enim mensis habet 30 dies; si vero accipias menses solares, qui tunc erant in usu, & modo sunt menses, 42. d. ut dies 18. super numerum dierum 1260. signis, enim diebus forsitan Antichristus antea: adventum Enoch, & Elias, ut sic ille regnet in tribus annis cum dimidio. Amici faccis, vestimentis nempe durioribus & trassioribus, ex mordenti, & aspera materia textis, vel ex asperis fetis, quae vocantur cilicia, & quibus Propheta utebantur.

QUESTIO IV.

Astruitur, hos duos testes, esse Enoch, & Parentem Eliam.

49. **V**ARIA sunt placita Doctorum in hac re, quae ad tres classes reduc possint: In prima sunt qui testes accipiunt, non pro personis singularibus, sed duplici genere testium. In secunda illi, qui hanc referunt ad praeterita tempora in tertia classe, qui ad tempus futurum.

50. Et primo, non pro personis singularibus, sed pro duplici genere testium, stat Pannonius, qui per hos testes intelligit Ecclesiae Doctores, & Praedicatores, seu testamentum novum, & vetus. Arias Montanus existimat, hos duos testes, esse legem, & Prophetiam: legem in Moyse. Prophetam in huius denotari. Alcazar vero per duos testes accipit magnam sapientiam & magnam sanctitatem primitivae Ecclesiae, quae Christo contra Judaeos praebuerunt testimonium, subditque, hic per prophetiam accipi personam Moyses, & Elias: in Moyse exprimitur caelestis sapientia, in Elia vero zelus, & sanctitas.

51. In secunda classe sunt Auctores, qui hos testes referunt ad tempus praeteritum, & primo Uberrinus, & Michael Sinyerus in Pentaplo, pag. 109. dicunt, hos duos testes, esse Christum D. & Joannem Baptistam. Secundo, Lyran. Aureolus, S. Antonin dicunt, hos duos testes esse Sylvium Papam, & Mennam Patriarcham Constant. qui contra Eutychetis haeresim deceperunt: Tertio Uberrinus, Casal. lib. cuius ritulus est: Arbor vitae crucifixa Iesu, tractat. 5. vult, esse sanctum Dominicum, & S. Franciscum.

52. Haec omnes sententiae aperte pugnant cum text. nam nos iuxta context. I tunc devenimus jam ad finem sextae tubae, id est, ad ultima tempora, ad finem Praedicationis Evangelicae, & in tunc jam septima tuba iussu, vers. 5. quae est de consummatione saeculi: Ac proinde in fine temporum venient hi duo testes, pugnantes pro Christi veritate: & bestia, quae ascendit de abyssu, scilicet Antichristus, bellum geret contra eos, cosque occidet, & corpora eorum jacebant insepulta in civitate magna, tribus diebus cum dimidio, & postea cum magno terrae motu resurgent: quae omnia nullo modo praedictis sententiis possunt accommodari.

53. In tertia ergo classe, hac de causa, qui hos duos testes referunt ad tempus futurum, ad tempus nempe Antichristi; & consentiunt omnes ferè Patres, & Doctores unum ex his testibus fore Eliam, ut aperte convincunt loca Scripturae citanda: de sociis vero Elias est tota controversia. Victorinus in 1. Jerem. vers. 5. existimat, futurum esse Jeremiam; aut Eusebium: Alii dicunt, esse Joannem Evangelistam, & hoc non habet firmum fundamentum, ut dixi tom 5 in Evang. lib. 9. cap. 8. q. 16.

54. Alii autem, socium Eliae futurum Moysen, siquidem Moyses cum Elia apparuit in transfiguratione Christi, hanc sententiam tenent D. Hilar. Can. 20. in Math. D. Ambros. 1. 1. de Cain & Abel Isidor. Clarus in c. 4. Zacharia. Catherin. in c. 3. Gen. 1. Joannes Abortius l. 1. Theop.

Janfen Maldonat.

Theop. cap. 11. & hic Joachimus, Gagnæus; Janfen. in cap. 17. Matth. & mordicus hanc sententiam defendit Maldonat in cap. 17. Matth. ad illa verba apparuerunt cum eo Moyses, & Elias. Sic ait ipse: Jam aperte scribit Joannes in Apocalypsi, Moysen, & Eliam venturos, ut nemo non solum sine temeritate, sed nec sine impudentia, negare possit: hos enim futuros, statim describit: hi habent potestatem claudendi caelum, ne pluat diebus Prophetiae ipsorum. Quis non videt Eliam? & potestatem habent super aquas convertendi in sanguinem & percutere terram omni plaga: Quis non Moysen videt, digito demonstrari?

55. Impugnatur praedicta sententia.

Deuter. 34.

Hebr. 9.

Hæc sententia nullo modo potest stare; nam Moyses mortuus est, ut aperte constat ex Deut. 34. n. 5. Mortuus est ibi Moyses servus Domini, in terra Moab, jubente Domino, & sepelivit eum in valle terra Moab. Atqui, ut ait Apostolus Hebræor. 9. num. 27. Statutum est hominibus, semel mori: Quomodo Moyses, qui jam mortuus est, potest venire ad pugnandum contra Antichristum, ut ab ipso iterum occidatur; & bis moriatur: quod est contra Apostolum: nec ex operatione miraculorum ejusdem generis colligitur eadem persona, alias Petrus, & Paulus, erunt idem.

56. & certa in ista, est ar.

Tertull.

D. Ephrem.

D. Hippol.

D. Cypri.

D. Ambr.

D. August.

Malveda.

Senens.

Canapr.

Sander.

A Costa.

57. Gazar.

Certa, & vera sententia est quod hi duo testes sunt Elias, & Enoch; qui futuri sunt praecursores secundi adventus Christi, & hæc resolutio adeo est certa, ut dicat Suar. r. 2. in 3. part. disp. 5. sect. 2. §. Dicendum est primo, quod sit de fide, aut fidei vale de proxima, eam d. cent. comm. ni et Patres, Tertull. lib. de Anima, c. 50. D. Ephrem, tract. de Antichristo. D. Hippolit. Martyr. Oratione de consummatione mundi D. Cypri. tract. de montibus Sion & Synag. d. Ambr. 1. Corinth. 4. ad illud, nos novissimos Apostolos ostendit. S. Hier. Epist. 248. ad Marcellam. S. August. lib. de Gen. ad litteram cap. 6. & multi alii Patres apud Malvedam lib. de Antichristo lib. 9. cap. 10. & hæc semper fuit communis traditio Ecclesiae ut tenent Sicut Senens. lib. 2. Ribeira in Enoch & Eliam Cantap. lib. 2. Hypoth. cap. 1. Sanderius de Vigiis Ecclesiae Monarchia lib. 8. A. C. lib. 2. de novissim.

Probatur primo, quia hic duo viri translati sunt de hoc saeculo, non gustata morte. De Enoch habetur Gen. 5. num. 24. Ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus. Si autem revera mortuus fuisset, hoc Moyses expressis verbis diceret, ut de unoquoque veterum Patrum, qui mortui sunt dixi: Et mortuus est, à qua voce in Enoch abstinuit, & aliter loquitur, & non apparuit, ut ejus non mortem sed translationem indicaret. In Elia res est manifesta, de eo dicitur, 4. Reg. cap. 2. num. 1. Cum levare vellet Dominus Eliam, & infra numero 11. Cum ipse & Elisæus incedentes sermoinarentur: Ecce curus igneus, & equignei dixerunt utrumque, & ascendit Elias per turbinem in caelum. Hi duo translati sunt vivi in caelum: quod ut ait Tertull. citat. Mortui reseruantur tempore Antichristi.

Peculiariter inde probatur resolutio, & primo in Elia in quo res est certissima, ait Deus per Malachiam 4. n. 5. Ecce ego mitam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & convertet cor Patrum Sylveira in Apocalypsin. Tom. I.

ad filios; & consiliorum ad patres eorum. Dies Domini magnus, & horribilis, & dies iudicii, antequam, a t. Dominus, quod mittat Eliam, & Ecclesiast. 48. num. 10. similiter de eo dicitur: Qui scripsit es in iudicis temporum, lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & restituere Tribus Jacob. Lyran. in iudicis temporum, hoc est, in diebus iudicii temporum. Janfenius, Cornel. in iudicis temporum, hoc est, per iudicia, & redargutiones temporum quas tu, o Elia, exercebis zelo tuo, excitabis homines ad penitentiam, qua sedabitur ira Dei, & Matth. 17. n. 10. ait Christus D. Quid ergo scriba dicunt, quod Eliam oporteat primum venire: ac ille respondens ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Quae loca aperte convincunt, de fide esse, Eliam venturum esse ante diem iudicii.

De Enoch dicitur Ecclesiast. 44. n. 16. Enoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus penitentiam. Non gentibus quae sunt in paradiso, sed quae degunt in hoc saeculo, ut convertantur à viis suis pessimis.

Difficultas hæc tamen est, quo tempore praecise venturi sunt? S. Victor. Rabbanus, quibus assentiunt Domin. Soto 4. sent. dist. 46. q. art. 1. putant Eliam, & Enoch anticipaturos tempora Antichristi ad stabiliendas ecclesias: oppositum videtur verisimilius, eos nempe venturos post inceptum regnum Antichristi, ut significat. D. Augustin. lib. 1. quaest. 2. evangel. quaest. 21. d. cens: Venturum Eliam, ut restituat eos, quos persecutio Antichristi conturbaverat, & clarius hoc docet D. Anselm. in Lucidario: & ratio est, quia hi duo sanctissimi viri venient, ut Antichristo resistant: ergo tunc venient, quando persecutio Antichristi declarata, & manifestata fuerit, & confirmatur ex text. Quia regnum Antichristi erit per tres annos cum dimidio, id est, per quadraginta duos menses solares (qui sunt in usu) hi autem sanctissimi viri praedicabunt 1260. diebus, & ad explendos quadraginta duos menses solares, desunt decem & octo dies: ergo post aliquos dies regni Antichristi, hi duo illustrissimi viri venent.

Et quia nobis hic est sermo de Parente Elia, aliqua in ejus laudem, per sequentes quaestiones dicemus: Qui adeo magnus, & excelsus est, ut ipse in suis mirabilibus, videatur quoddam ænigma, & emblema, quoddamque miraculum, nunquam visum, & auditum in orbe: homini omni est tempus nascendi, & moriendi. ecce vir magnus, qui aequal ter dici potest, quod nec natus, nec mortuus est; non est mortuus, ut probat praesens quaestio. Scripsit es in iudicis temporum. Nec etiam quodammodo videtur natus: nam Textus sacer de eo scribens, in primo Limine ait: dixit Elias Thesbitas 3. 3. Reg. 17. Reg. 17. num. 11. Cur in eo non referuntur generationes, ac progenies marum; ut in aliis Prophetis: Visio Ista filii Amos, cap. 1. num. 1. Verba Jeremias filii Helias de sacerdotibus, cap. 1. numero 1. Visio Domini factum ad Osee filium Beari, cap. 1. num. 1. & sic de aliis. Cur in aliis Prophetis narrantur majores, & natiuitates, & sic de aliis: in Elia: & in hoc D. Isidorus, Anselmus Rabbanus eum comparant cum Mosis sedech, sive patre, sine matre, ac genero, sed subito nomen ejus introduitur, ait Bbb 3 Rabba

Ecclesiast. 48.

Matth. 17.

59. Ecclesiast. 44.

60. Quo tempore venient Elias, & Enoch.

S. Victorin. Rabbanus. Soto.

D. August.

D. Anselm.

61. Elias, sic magnus, ut videatur quoddam emblema, & anigm.

Isai. 1.

Jerem. 1.

Osee 1.

D. Isidor. Angelom. Rabban.

Elia.

Rabbanus. Dixit Elias Thebites; ac si non haberet alium patrem, aliam matrem, vel genealogiam, nisi tantum predicare, docere ac zelare Dei gloriam. Vel dicamus ut notavit Eliaus lib. 1. 2. variarum historiarum; quod Cato, & Marius sine parentibus apud Romanos inveniuntur, ut quasi de celo lapsos populus existimaret. Magnus elias sic illustratus fuit divina gratia, ut quamvis haberet parentes in terra, potius videatur à divina gratia procreatus, quam à natura datus.

QUESTIO VIII.

De loco, ac merito Elie, & Henoch?

62. Hæc communiter hic inquirunt Interpretes, & primò, quantum ad locum; D. Irenæus. S. Irenæus Policarpi, Smyrnenfis episcopi, Joannis Apostoli auditoris discipulus, quem D. Epiphanius. D. Epiphanius. hæresi 24. & 31. successorem Apostolorum appellat. Is, inquam, S. Irenæus lib. 3. cap. 3. affirmat, se à senioribus qui Apostolos audierunt, accepisse terrestrem paradysum adhuc extare, in eoque usque ad finem mundi vivere eliam, & enoch, quam questionem tractavi tom. 5. in evang. lib. 9. cap. 10. quæst. 1.

Secundò, quæritur an sint modo in statu merendi? affirmativam sententiam securus sum tom. 3. in evang. cap. 31. quæst. 15. n. 89. Cum Abulensi, episcop. Tenaf. henriquo, Viegas, Lefana, qaos ibi citavi: eandemque sententiam tenent Malveda de Antichristo, lib. 10. cap. 8. §. An nunc mereantur. Doctissimus Joannes de La Haye hic in expositione, quia valde alienum videtur à divina bonitate, quod viri sanctissimi, & valde promeriti priventur per tot sæcula æterna beatitudine, ac ratione merendi, cum mortem non gustaverint, & adhuc sint in vivis.

64. Nec contra hoc obstat, quod ipsi sunt extra communem modum vivendi; quia etiam ipse elias, dum ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, sine ullo alio cibo, & sine requie, & somno: & Moyses cum steteret in Sinai quadraginta diebus, & noctibus; & per plures dies S. Catharina Senenf. à feria quarta cinerum usque ad diem Ascensionis, sola eucharistia, sine ullo alio cibo, & potu: & ferè similiter S. Maria Magdalena de Pazi: & tunc erant extra communem modum vivendi, & sine dubio merebantur: ergo etiam similiter hi duo Patres, cum sint in vivis, & in paradiso terrestri.

65. Nec secundò facit contra nostram resolutionem, quod inde sequitur, ut elias, & enoch, plus mereantur, quam B. Virgo Maria: falsa est illatio: quia meritum non solum crescit ex repetitione actus, sed etiam ex ejus fervore, ac intentione, & ex dignitate personæ merentis, ac cumulo gratiarum ejus, quæ omnia in B. Virg. longè, latèque superant omnes spurias creaturas, etiam collective sumptas.

66. Stat ergo nostra resolutio, quod elias, & enoch adhuc sunt in statu merendi, ex eo licet conjecturare, quàm magna sint merita

Elie, & Enoch, qui per tot sæcula sint in acceptatione tot laborum, ac tribulationum, quales erunt sub Antichristo: Erit tunc persecutio, qualis non fuit ab initio nec erit; mortis crudelissimæ inferendæ, ut infra dicam, multorumque opprobriorum, ac injuriarum, quæ mortuis eorum corporibus fiet, & ideo jacebunt per tres dies, & dimidium in platea, ut statim dicam; quodnam meritum, quod per tempora sint in acceptatione tot laborum, cum conformitate voluntatis divinæ, ac subjectione ad divinam providentiam, quæ ita rem disposuit, ac ordinavit, quod satis ad rem citato loco tom. 3. cap. 3. §. 15. num. 89. confirmavi ex Paulo 2. Timoth. 4. Vide ibi d. etia.

QUESTIO IX.

Quare Deus ad tantum negotium, duos destinavit testes, nec plures, nec pauciores?

67. IN primo adventu unus tantum advenit præcursor ante Christum; scilicet Joannes Baptista: nunc verò in secundo adventu duo à Deo destinantur præcursores, Elias scilicet & Enoch, ejus rei, ut ait Suarez, tom. 2. ad 3. part. disput. 55. sect. 2. §. Tertio de Enoch. Optima est congruentia Quia scilicet in primo adventu, Christus in immediatè tantum missus est ad Judæos, juxta illud 15. num. 24. Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël, & ideo tantum est missus unus præcursor, etiam ex Judæis. At verò in secundo adventu venit Christus ad universam Ecclesiam ex Judæis, & gentibus congregatam; & ideo unus præcursor mittitur ex circumcisione, cui specialiter attribuitur Judæorum conversio, Ecclesiast. 48. & restituitur Tribus Jacob: alius verò ex præputio, cui in Ecclesiast. 44. videtur specialiter committi gentium conversio, ut de gentibus præmittitur: quæ ratio non sic est intelligenda, ut Elias sit solum pro Judæis, Enoch pro gentibus: nam uterque ex Judæis, & gentibus multos convertit: propter ergo duplicem populum duplices sunt præcursores.

68. Secundò. Valde mirum sanè, quod Deus in ecclesia sua dederit multos Prophetas, & multos apostolos, multosque Martyres, quod Græcè idem est ac testes, tamen hic ad negotium tantum ponderis solos duos testes designavit. Anseretus. Ecclesia ait, in Prædicatione celestis in duobus testamentis roboratur, ex duobus populis Judæorum, & gentium aggregatur; in duobus præceptis charitatis vivificatur. Tertio in Sancto Sanctorum duo erant Cherubim (ad quos hic fit allusio) positi ad arcam testimonii sustentantes propitiatorium: pari etiam modo, hic duo suo testimonio sustinebunt tam arcam, id est, Ecclesiam, quàm propitiatorium, id est, fidem de Christo propitiatore, ac redemptore mundi Quarto Rupertus ait, quod ad hos duos testes omnes testes reducuntur, nam omnes testes ad duos ordines reducuntur vel ad eos, qui dant testimonium in pace & quiete, ut Enoch qui ambulavit cum Deo, & non est inventus vel ad eos, qui in persecutione, & labore, ac

63. Elias & Enoch in statu merendi. Abulens. Henricquez. Viegas. Lefana. Malveda. La Haye.

64. Preoccupatur obiectio & confirmatur resolutio.

65. Solvitur obiectio.

Præclarè merita Elie, & Enoch.

Suar.

March. 15

Secundò ad præcursores.

Eccles. 48. Eccles. 44.

68

Anseretus.

Ecclesia duplici charitatis præcepto vivificatur.

Elias & Enoch, tanquam duo Cherubim Rupert.

Cornel.

Deuter. 19.

69. Elias, & Enoch Apostoli.

1. Cor. 4.

Interl.

Glossa Ord. S. Bruno.

Hugo Magister.

D. Anselm.

71. Munoz.

Elias, sic ait: Duo sunt testes; alii, qui in pace sanctæ Ecclesiæ fideliter viventes, loquendo pariter, & scribendo testimonium veritatis perhibuerunt; alii, qui in persecutione, pro fidei statu pugnando sanguinem suum fuderunt, &c. Quintò Cornel. à Lap. Christus misit Apostolos binos predicare Ihi duo erunt Apostoli Christi; ergo bini mittentur ad Prædicationem: & ut dicitur 16. 19. num. 15. In ore aurum, vel aurum stabit omne verbum.

Quod autem Elias, & Enoch dicendi sint Apostoli Christi ostenditur ex 1. Corinth. 4. n. 6. Ubi Paulus ait: Puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit. Ut explicat S. Ambr. Sanct. Anselmus, Intellectual. Glossa Ordinaria, Cardinalis Hugo, Magister, &c. quod deus duos ostendit, tanquam novissimos Apostolos, Eliam & Enoch. Interl. Apostolos novissimos similes Elie, & Enoch. Idem habet Glossa Ordinaria, S. Bruno Hugo, Magister sententiarum: Id est, similes novissimis Enoch, & Elia. Erant inter Corinthios aliqui, qui perverso animo, & maligno ore detrahebant Apostolatam Pauli; ut ipse suam dignitatem Apostoli tueretur, ait se mulas persecutiones, ac tribulationes sustinere pro Prædicatione Evangelicæ veritatis: ut etiam sustinebant elias, & Enoch prædicantes contra Antichristum.

D. Ambros. ad citatum Pauli: Hoc ideo, ait, personæ suæ deputat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones, & persequas ultra ceteros passus, sicut ut passuri sunt Enoch, & Elias, qui ultimo tempore futuri sunt Apostoli: missi enim debent ante Christum, ad præparandum populum Dei, & manendas omnes Ecclesias, ac resistendum Antichristo. Similiter & D. Anselmus. Puto, ait, & pro certo scio, quod Deus hos Apostolos novissimos ostendit mundo, quibus nulli succedent Apostoli, tam perfecti, tam necessarij saluti hominum quales apparebunt in novissimo tempore Elias, & Enoch, quos Deus reservat, ut filios Israël ab Antichristi educatione liberent, hos ostendit novissimos, id est, illis novissimis præconibus consimiles.

71. pro quo bene ait M. Petrus Munoz in propugnaculo Elie lib. 3. cap. 1. art. 1. num. 2. de Apostolo Paulo loquens: Quia ipsorum Apostolatam, ait, complendus erat in illis duobus Apostolis Enoch, & Elia, qui munus Apostolicum complerent, novissimè prorum, quia tales fuerunt, quales erant novissimi: ea profus ratione qua Baptista dicitur Elias venisse, qui venturus est, quia utriusque munus par præcursoris, & spiritus ejusdem, & virtutis: ita duodecim primi, & duodecim novissimi Apostoli. Ideo primi dicuntur Apostoli novissimi, id est, pares in Apostolica dignitate. Malveda lib. 10. de Antichristo cap. 8. §. 2. An nunc mereatur? Linea secundò, profus, ait, ver a ipsi magni erunt Christi Apostoli, & Apostolico munere rever fungentur Elias, & Enoch.

Quod maxime probatur ex tribus, quæ requirantur ad munus Apostolicum, ut docet D. Thomas 1. Corinth. 14. lect. 3. Ubi sic ait: Majores ministri in Ecclesia, sunt Apostoli, ad quorum officium tria pertinent. Quorum primum, est auctoritas gubernandi fidem populum, que proprie pertinet ad officium Apostolatam. Secundum facultas docendi. Tertium, potestas miracula faciendi, ad confirmationem doctrinæ: & de his tribus habetur. Luc. 6. ubi dicitur: Convoca-

ris Jesus duodecim Apostolis; & et ita Sa. & Doctorem intelligunt, ac sequuntur Caieran. Caiet. Abulens. Toletus. Tenas. Justina. Corn. Valent. Suar. tom. 1. opus. tract. 1. de Romano Pontif. cap. 4. Abulens. præfatione in Math. cap. 2. & 3. Tulerus in cap. 9. Luc. Episcopus Tenaf. in Epistol. ad Hebræ. lect. 1. & 2. p. 2. l. 3. Benedictus Justin. disp. 1. de munere Apostolico Cornel. in Epist. 1. ad Titum n. 7. Valent. disp. 1. punct. 7. §. 2. 8. Suar. tom. 2. ad 3. disp. 2. sect. 5.

Quæ tria maxime resplendebunt in Elia, & Enoch; nam illa verba quæ dicuntur inf. à n. 6. Habent potestatem claudendi Cælum, & percussere terram omni plaga. Quæ non solum intelliguntur de potestate materiali, sed etiam spirituali, ad moderandos fideles cum indulgentia peccatorum, ut docent ibi Rupertus, Celius, Pannonius, Malveda, & alii quos infra ad citatum locum adducam; duo verò alia, scilicet, potestas sermonis, potestà que miraculorum sunt nota.

QUESTIO X.

Quare ex omnibus sanctis veteris Testamenti Deus elegit Eliam, & Enoch ad stabilimentum Ecclesiæ contra Antichristum.

74. Quis poterit scrutari sensum Dei; tamen quantum humana infirmitas patitur, aliquid conjecturare liceat; nam in lege veteri fuerunt sanctissimi Patres, justitia, puritate ac virginitate, ut Abel Religione, & cultu Dei, ut enos, qui cepit invocare nomen Domini, fide, spe, ac charitate, ut Abrahamus zelo honoris D. vini, ut Phinees Num. 25. n. 13. Cur ergo ex omnibus hos duos Eliam, & Enoch elegit præ aliis.

75. Et sanè magna laus est horum duorum virorum quod Deus, qui de lapidibus istis potest suscitare filios Abraham: sic sibi complacuit in virtute, justitia, ac magnanimitate elie, & Enoch, quod eos tanquam in peculium reservaverit, ad stabilimentum, ac subsidium sue Ecclesiæ militantis in magna pressura, ac persecutione, qualis non fuit, nec erit ab initio.

76. Ad nostram questionem et primò sumi potest ratio ex ipsorum nominum Æthymologia. Nam Enoch idem valet, ac renovatus D. Cypri. de montibus Sina, & Sion: Enoch, ait, in consummatione mundi innovari debet in mundo, unde etiam translatus est, ad confundendum; & revivendum Antichristum; & ideo Enoch interpretatur renovatus. Similiter ut notat Cornelius à Lapide in Malach. cap. 4. n. 6. Converteret cor Patrum ad filios; Elias Thebites ex radice Hebraica idem valet, ac renova, convertens, & restaurans; nam per ipsos mundus erat renovandus, ac restaurandus. Unde bene ait Caliodorus lib. 1. art. 7. Grata sunt nomina, qua designantur opus actiones; ubi in vocabulo concluditur quod geritur. Sed cur Deus voluit eos talibus nominibus insigniri, & ad tantam renovationem, & restorationem.

77. Idem etiam ratio Deus altissima sua providentia hos duos sanctissimos viros Eliam, & Enoch elegit, & deputavit ad stabilimentum, ac

Caiet. Abulens. Toletus. Tenas. Justina. Corn. Valent. Suar.

Rupert. Celius. Pannon. Malveda.

74.

75. Elias, & Enoch, tanquam peculium reservantur.

76.

D. Cypri.

Corn.

Nomina designantur opus actiones.

77.